

D.K.
430,
8

795
II c
294

D E
EPI MENIDE
ATHENARVM LVSTRATORE
ANIMADVERSIONES ANTIQVARIAE
AD DIOGENIS LAERTII L I CAP X. §. III. SEGM. CX.

QVIBVS PRAEMISSIS
OMNIVM ORDINVM AC DIGNITATVM VIROS
AD SE
PATRONIS FAVTORIBVS ATQVE AMICIS
DIE VICESIMO NONO MARTII
AVDITA HORA NONA MATVTINA

IN
FRANCISCANEO MISENENSI
DECENTES GRATIAS VLTIMVMQVE VALE DICTVRVM
BENEVOLE AVDIENDVM
EA QVA DECET OBSERVANTIA
INVITAT

BIBLIOTHECA
PANICKAVIANA

VT
MVNVS RECTORIS
SCHOLAE VRBIS NOVAE PROPE DRES DAM
SVSCIPIAT
PROVINCIA CON-RECTORIS FRANCISCANEI MISENENSIS
ABITVRVS
M. CHRISTIANVS GODOFREDVS GRABENERVS
FREIBERGENSIS.


UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

MISENAE EX OFFICINA LOEWIANA.

34

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
1200 EAST 58TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637
U.S.A.
UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
1200 EAST 58TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637
U.S.A.
UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
1200 EAST 58TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637
U.S.A.





Erimenidem, quem STRABO (a) lustrationibus claruisse tradit, et MENAGIVS (b) a IAMBLICHO et APVLEIO *Lustratorem* ideo uocari docet, talem Athenae quoque, pestilentij morbo infectae, aliquando expertae sunt, teste DIOGENE LAERTIO (c), qui rem omnem his uerbis exponit: *Atheniensibus peste laborantibus suasis Pythia, ut lustrarent urbem. Miserunt igitur Niciam,*

(a) *Geograph. I. X. p. 330. ex recensione ISAACI CASAVBONI 1588.*

Ἐκ δὲ τῆς Φαισῆ τὸν τῆς καθαρῶς ποιήσαντα διὰ τῶν ἐπῶν Ἐπιμενίδην Φατὴν εἶναι. (b) *Ad Diogen. Laert. L. I. Segm. 110.* (c) *In uita Erimenidis L. I. Cap. X. §. 3. Segm. 110. p. 117, sequi. edit. Longolianae: Ἀθηναίοις τῷ δὲ λοιμῷ κατεχομένοις ἔχησεν ἡ Πυθία καθῆραι τὴν πόλιν. οἱ δὲ πέμπουσι καὶν τε, καὶ Νικίαν τὸν Νικράτη εἰς Κρήτην, καλεῦτες τὸν Ἐπιμενίδην. καὶ ὃς ἐλθὼν Ὀλυμπιάδι τεσσαρακοσῆ ἔκτι ἐκάθηρεν αὐτῶν τὴν πόλιν, καὶ ἔπαυσε τὸν λοιμὸν τῶτον τὸν τρόπον. Λαβῶν πρόβατα μέλανά τε, καὶ λευκά, ἤγαγε πρὸς τὸν Ἄρειον κάγον, κακῆθεν εἶατεν ἵνα οἱ βέλοιντο, προστάξας τοῖς ἀκολούθοις, ἔνθα ἂν κατακλίνοι αὐτῶν ἕκασον, θύειν τῷ προσήκοντι θεῷ, καὶ ἔτω λῆξαι τὸ κακόν. Ὅθεν ἔτι καὶ νῦν ἐστὶν εὐρεῖν κατὰ τὰς δῆμους τῶν Ἀθηναίων βωμῶς ἀνωήμους, ὑπόμνημα τῆς τότε γενομένης ἐξιλάσεως.*

III

Niciam, Nicerati filium, cum nave in Cretam, et insularum Epimenidem. Ille ueniens, Olympiade quadragesima sexta, lustrauit eorum urbem, sedauitque pestem hoc modo. Lectas nigras, candidasque, oues egit in Arium collem, et inde dimisit, quo uellent, se uentibus illas praecipiens, quocumque loco singulae procumberent, eas immolare conuenienti DEO, et sic cessaturum esse malum. Inde adhuc inueniuntur in agris Atheniensium, altaria titulo carentia, monumenta factae tum temporis lustrationis. Haec tam mira auertendae pestis ratio quum illustratione quadam et indigere, et digna esse, uideatur, illius suppeditandae mihi iam facere liceat periculum. Morborum pestilentium auctorem tam ueris, quam fictis, additi sacris, semper numen quoddam uocitarunt. Quem fugit, Dauidem pestis poenam luere appellare manu premi diuina (d) ? HESIODVS (e) Ioui illius mali originem tribuit, et VIRGILIUS (f) Stygis tenebris in lucem emissae Tisiphonae. Taceo consultos ea occasione libros Sibyllinos, decreta lectisternia, celebratas supplicationes, dedicatas aedes, nuncupata uota, petita oraculorum responsa, aliasque caerimonias (g), quae satis superque indicant, quod illarum suasores numinis alicuius poenam pestem agnouerint. Hinc et Athenienses iure suo existimarunt, grassantem in sua urbe pestem missam esse diuinitus, ideoque diuina etiam egere medela. Quo adducti, ex re sua fore putauerunt consulere de morbo pestilenti Apollinem, DEVM illum, qui uocatus est ab HORATIO (h) Augur, quum, auctore TVLLIO (i), dicere de futuris sit Augurum, DEVM illum Alexicacum, quod nomen coërcita

(d) 2. Sam. XXIII, 13. sequ. (e) Opp. et Dieb. uersu 242.

Τοῖσιν δ' ἑρανόθεν μεγ' ἐπήγαγε πῆμα Κρονίων,
Λιμὸν ἄμῃ, καὶ λοιμὸν.

(f) Georg. L. III. uersu 551, sequ. (g) Conf. LIVIUS Hist. Rom. L. III, 25. V, 13, XXXII, 25. (h) L. I. Od. II. uersu 32. (i) In Orat. Philipp. I. Cap. X.

coërcita peste belli Peloponnesiaci tempore meruit (k), DEVM *Opiferum* per orbem dictum (l), DEVM, inquam, illum, cui compescendae pestis potestatem iam HOMERI aetas asseruit (m). Nec fefellit Athenienses spes ferendi a Phoëbo responsi. Suasit enim per Pythiam urbis lustrationem, remedium huic lui accommodatissimum, quum illa semper habita fuerit effectus irae diuinæ, qui non, nisi cessante caussa, ira nimirum numinis per piacula lenita, cessare posset. Sed hoc quoque Phoëbi consilium uitio obscuritatis, omnibus oraculis communi, laborare uidebatur. Nam quum multa lustrationum essent genera, difficile omnino erat coniectu, cuiusnam ex illis tanta futura esset efficacia, ut iratos Deos placaret. Hinc opus erat uiro diuinarum rerum pericissimo, qui lustraret urbem ea, quae menti Apollinis consentanea uideretur, ratione. Vtraque laude tum clarebat *Epimenides* (n). Quapropter delectus est huic perficiendo negotio, et ex Creta Athenas accersitus. Neque hanc amplificandi nominis occasionem recusauit, sed, precibus Atheniensium locum relinquens, ad eos profectus, sustulit malum attentione digno genere lustrationis. Sacrificia piacularia in lustrationibus frequenter fuisse adhibita, sacra *Ambarualia*, *Amburbia*, *Suouetaurilia*, quibus condebant lustrum, et alia, confirmant. Cur autem ad hoc piaculum oues potissimum delegerit *Epimenides*, hae caussae mihi uisae sunt. Oues nimirum primum ex sex illis uictimarum generibus,

* 3

(k) Quod refert PAVSANIAS in *Atticis Cap. III. et in Arcadicis Cap. XXXXI.* (l) OVIDIUS *Metamorph. L. I. uersu 520, sequ.* (m) Ita enim Achilles in HOMERI *Iliad. L. A. uersu 66.* ad Achiuos peste laborantes de Apolline loquitur:

Ἄικεν πῶς ἀρνῶν κνίσσης ἀργῶν τε τελείων
βέλεται ἀντιαίτας, ἡμῶν ἀπὸ λοιγὸν ἀμύναι.

(n) Nam de eo PLYTARCHVS in *Solone*: Ἐδόκει δὲ τις, αἰτ, εἶναι Θεοφιλῆς καὶ σοφὸς περὶ τὰ θεῖα, τὴν ἐνθρασιασικὴν καὶ τελεστικὴν σοφίαν: et, DIOGENE LAERTIO teste, in eius uita, *L. I. Cap. X. §. 3.*

Seym.

ribus, quae SVIDAS (o) tradit, constituunt. Deinde, in sacris
 piacularibus earum immolationem inde ab antiquissimis tempori-
 bus obtinuisse, nemo dubitat, nisi *Suouetaurilium* (p), illius cele-
 berrimi *Didonis* piaculi (q), *Achillis* consilii Graecis, Troiam
 contententibus, de placando *Apolline* dati (r), aliorumque innu-
 merabilium, immemor, aut plane ignarus. Praeterea ex eodem
Achillis consilio liquet, gratam Diis uictimam pro auertenda peste
 quem fuisse habitam. Cui quidem sententiae singulare accedit
 robur, si recordemur, oues ad *uer sacrum* pertinuisse, quod, ut
 aliis obortis malis, sic et grassante morbo pestilenti, nouebatur.
Ver sacrum enim erat, quod *uer afferebat ex snillo, ouillo, caprino,*
grege (s), uel etiam, *omne pecus, quod natum esset inter Calendas*
Martias, et pridie Calendas Martias (t), cui interdum homines eodem
 tempore in lucem editi annumerabantur (u). Accedit, quod
 ouium uelleribus facillime omnium inhaereat pestis, iisque mira
 celeritate disseminetur (x). Quare mihi ueteres, sublatis, orta
 contagione, ouibus e medio, duos una, ut aiunt, fidelia dealbasse
 uisi sunt parietes, dum, agnis caesis, et morbo latius euagandi
 materiam praesciderunt, et Deos sibi reconciliarunt. **Quum**
uero non, nisi integrae, et sanae, hostiae Diis essent offerendae (y),
 mihi

Segm. 109: Θεοφιλέτατος είναι ὑπελήφθη. (o) Sub uoce βῆς ἑβδο-
 μος. Θυσμένων δὲ τῶν ἐμφύχων, προβάτων, ὄσων, αἰγῶν, βοῶν,
 ἄρνιθων, χηνῶν, ἐθύετο ἑβδομος, ὁ ἐξ ἀλεύρων. (p) Conf. ROSINVS
Antiqu. Rom. L. III. Cap. XVII. p. m. 299. (q) Videatur VIRGILIUS
Aeneid. L. III. uersu 50-60. (r) Eoluatur HOMERI *Iliados. L. A. uers. 66.*
 (s) Ita LIVIUS *Hist. Rom. L. XXII. Cap. VIII.* ubi refertur *uer sacrum* inter
 piacula irae Deum. (t) Conf. LIVIUS *L. XXXIII. Cap. XXXIII.* (u) Con-
 sultantur IO. HENR. a SEELEN *Miscell. P. I. num. XIII. de Vere Sacro, §.*
7, et 8. p. 269-274, et HARDVINVS ad PLINII Hist. Natural. L. III. Cap.
XIII, qui de Lacædaemōniis idem tradit, unde apparet, morem uocendi
ueris sacri a Graecis ad Italos esse translatum. (x) Testis est VIRGILIUS
Georgic. L. III. uersu 470, sequi, et uersu 559, sequi. (y) FOLLVX in *Ono-*
masiaco L. I. Cap. I. Segm. 26. Τὰ δὲ προσακτῖα θύσιμα ἱερέϊα, ἀγρία,
ἄτομα, ὀλόκληρα, ὑγιῆ, ἀπηγα, παμμελῆ, ἀρσιμελῆ, μὴ κολο-
βά,

mihî hanc existimari uelim sedere sententiam, omnes modo illas sacrificatas esse, quae huc nondum laborare uisae sunt, sed omnî exploratione adhibita (z), impediri non potuisse, quin uictimarii inscii in impuras inciderent (a). Neque hoc est silentio praeter eundem, omnes omnibus fere Diis fuisse immolatas (b). Quam itaque numen illud placandum esset, quod peste puniuerat Athenienses, quale autem, et quod, illud esset, non constaret, nec maiora numine illato, eo inuiso, numen aliud mederi posset (c), optime Atheniensibus consulere uidebatur *Epimenides*, dum uictimas cuius fere numini sacras deligebat. Sic enim antiquae illi legi satisfaciebat: *Quae cuique Diuo decorae, grataeque, sunt hostiae, prouidento* (d), certusque esse poterat, piaculo omnibus

numi-

βοι, μη δὲ ἔμπρηξα, μη δὲ ἠκρότερον μέννα, μη δὲ διέτροφα. (z) Conf. LAKEMACHERVS in *Antiqu. Graec. Sacr.* P. III. §. 9. p. 343, sequi. (a) Conf. VIRGILIUS *Georgic.* L. III. uersu 486. sequi. (b) *Oues macratae sunt toui*, teste OUIDIO *Fast.* L. I. uersu 56. L. II. uersu 69, quanquam ARISTOTELES *Ethic.* L. V. Cap. X. dixerit: Νομιστὸν ἦν αἰγῶν Διὶ Διέων, ἀλλὰ μὴ πρόβατων: Iunoni, teste IUVENALI *Sat.* XII. uersu 3, et VIRGILIO *Aeneid.* L. III. uersu 59: Apollini, teste VIRGILIO *l. c.* uersu 58, et HOMERO *Iliad.* A. uersu 66: Cereri, et Baccho, teste VIRGILIO, *l. c.*: Neptuno, teste HOMERO, *Odys.* A. uersu 25, et Ψ. uersu 277, sequi: Mercurio, teste eodem HOMERO, *Odys.* T. uersu 397, sequi: Minervae, teste HOMERO, *Iliad.* B. uersu 550: Dioscuris, teste HOMERO in *hymno in Dioscuros*, uersu 9, sequi: Fauno, teste HORATIO L. I. *Od.* III. uersu II, sequi. et OUIDIO *Fast.* L. II. uersu 360: Termino, teste HORATIO *Epodon* II, uersu 59, et OUIDIO, *Fast.* L. II. uersu 655. Inferis, teste HOMERO, *Odys.* K uersu antepenult. et Λ, uersu 32, sequi. et VIRGILIO, *Georg.* L. III. uersu 545, sequi. Tempestatibus, teste HORATIO, *Epodon* X, uersu 24: Priapo, Iano, Quirino, Diis auerruncis, restibus iis auerruncis, quos citat SAVBERTVS de *Sacrif. Veter.* Cap. XXIII. p. 570. (c) Hinc Jupiter Tiresiae pro lumine a Junone adempto scire futura dedit, poenamque leuauit honore, quod non licet irrita cuiquam facta fecisse Deo, teste OUIDIO *Metamorph.* L. III. uersu 336, sequi. Hinc Io a Junone in uaccam uersa, lenita demum hac Dea precibus Iouis, uultus priores capit, fitque, quod ante fuit, auerose OUIDIO *Meta. orph.* L. I. uersu 734, sequi. Adde *Metamorph.* L. II. uersum 675, sequi. (d) Conf. CICERO de *Legibus* L. II. Cap. VIII.

VIII

numinibus decoro, gratoque, simul quoque ignotum illud iratum Atheniensibus numen reconciliatum iri. Eodem tendebat eius de ouibus legendis discoloribus consilium, ut, forte illius quoque memor antiqui: *Qui dedit consilium, ferat auxilium*, oues hac in lustratione adhiberet, quia *Apollo* per *Pythiam* eam suaserat, oues autem ipsi, orta peste, cum successu optato saepius fuisse immolatas, non ignorabat. Sed sequamur lectas ab *Epimenide* oues in piaculum, quas in *Arium* collem actas audimus, sine dubio, ut actus ille lustralis eo fieret solennior loci, in quo suscipiebatur, sanctitate! Quis enim locus aptior his sacris uideri potuisset Atheniensibus, quam ille, in quo posita erat ara *Minervae deprecanti*, Deae, sub cuius tutela singulari Athenae erant, posita simulacra *Plutonis*, *Mercurii*, et *Telluris*, ad quae rem diuinam facere non ii modo solebant, qui in *Ariopagitarum* iudicio capitis erant absoluti, sed alii etiam, peregrini aequae, ac ciues, et in quo de rebus summis omnibus cognoscebatur (e)? Ex conspectu tam horum numinum, quam Atheniensium, has oues deinceps abire, quo uellent, permisit *Epimenides*. Fallor, an in hoc ipso ritu uestigia deprehenduntur profanarum gentium uera *Iudaeorum* sacra imitantium? Quod enim ipse *DEUS* de hircō ^{LEUITIC} die solennis expiationis in loca deserta, dato quodam comite, mittendo, praeceperat, ut crimina populi *Iudaei*, manuum impositione, precibusque, in se collata, et sic irritamenta irae diuinae, auferret (f), id omne factum ab *Epimenide* intelligo, dum etiam solennis expiationis die oues dimisit, datis quibusdam, qui eas sequerentur, ut auferrent secum crimina Atheniensium, irritamenta irae *Deorum*, caussae morbi pestilentis, eoque uiderentur species agnorum mortalium peccata tol-

(e) Cf. *PAVSANIAS in Attica, Cap. xxxviii.* (f) *Leuitic. xvi, uersu 20-22.* Cf. *MELCHIOR LEIDEKKERVS de Republica Hebraeorum L. xi. Cap. iiii. p. 629, sequ.* et *PAVLLVS SCHAFFSHAUSEN in Dissertatione de Hirco Azazel, eiusque ritibus, atque mysteriis. Lips. 1736.*

tollentium (g). Non quidem tradit DIOGENES LAERTIVS, precum formulam prius, quam dimiserit oves, *Epimenidem* recitasse, sed de eo tanto minus dubito, quanto familiarior priscis gentibus fuit precum in piaculis usus, et quanto luculentius STRABONIS (h) extat testimonium, *Epimenidem* carminibus uti consuevisse inter lustrandum. Quod si illi vere existiment, qui eum, quam diu per miraculum dormiuisse prae se tulit, more Philosophorum illius temporis per terrarum orbem errasse, putant, facile reddi poterit ratio, unde illum Iudaeorum ritum didicerit. Sed ecce viros, qui ducibus ouibus carpunt viam! Quiuis eorum suam ouem, ut *Cadmus* in aruis occurrentem bouem, oculo spectat irretorto, et

*Subsequitur, pressoque legit uestigia gressu,
Auctoremque viae Phoebum taciturnus adorat* (i).

Procumbunt oves, et apparatus sacrificium. Singulae immolantur *Deo conuenienti*, illi, inquam, Deorum, cui eas, ratione coloris, sexus, aetatis, aliorumque discriminum, sacrificari, leges Atheniensium de rebus sacris iuebant (k). Hinc dubium non est, quin
* *
et

(g) In hoc sensu Seruatorem optimum a Ioanne dici agnum τὸν ἀγρόντα τῆν ἀμμοστῖαν τὰ κόσμησιν iuculenter probauit Magnificus MARPERGERVS de agno ad arae cornua ligando, *Cap. I, in notis ad §. 1. p. 21 - 24.* Addi meretur LEIDEKKERVS l. c. p. 630. et IOANNES HENRICVS MAIVS *Observat. Sacr. L. III. p. 53, sequ.* qui tamen huic significationi uocis ἀγρόντα adhuc aliam iungit. (h) Loco supra. p. 2. *lit. a* citato. (i) Cf. OVIDIVS *Metamorph. L. III. uersu 17, sequ.* (k) SAYBERTVS de *Sacrif. Veter. Cap. XVIII.* et NATALIS COMES *Mythologiae L. I. Cap. X - XIII,* notas illas tradunt, ob quas uictima numini alicui prae reliquis grata, et hinc sacrificanda, uisa est. Voces autem Θεῶν προσήκοντι proximo DEO uertere, dissuadet Graecorum loquendi ratio, quam mea prae se fert interpretatio. AELIANO enim *Variar. Histor. L. III. Cap. XV. μηδὲν προσήκοντος γυνῆ* est foemina ad alterum non pertinens, seu aliena, et *L. XIII. Cap. I. μηδὲν προσήκοντος τροφῆς* proliis alienae

et respectu altarium mori maiorum sitis fieri, uictimas Diis inferis in scrobe, terrestribus in aris, coelestibus in extractis focis, immolari curauerit *Epimenides*. (l) Inde altaria, quorum meminit **DIOGENES LAERTIVS**, Diis potissimum superis dedicata fuisse existimo, licet non negem, aras Diis quoque inferis fuisse erectas, quamuis in iis ueteres non adoleuerint (m). Quoniam uero non singulae oues singulis numinibus, sed potius unico illi ignoto ex superis, aut inferis, quod iratum erat Atheniensibus, eosque pestis poena affecerat, erant destinatae, nec nomen certi cuiusdam Dei exstructi inscribi poterat altaribus. Inde tum orta sunt in agro Atheniensium altaria titulo carentia, ex quorum numero ara illa, quam *Paulus* (n) Athenis se uidisse memorat, igno-
to

alienae nutrix. **PAEANIVS**, **EVTROPII** interpres, *Furium Camillum* accusatum tradit, ὡς ἔ προσήκόντως διέλοι τῆ στρατιῇ γὰ τῶ πολέμῳ λάφυρα, ac si modo ipsum decente praedam militibus non diuisisset. **IULIANI**, Imperatoris, in suis *Caesaribus* p. 3. ab **HEVSINGERO** editis de Diis uerba sunt: Γνωρίζει ἕκαστος τὸ προσήκον αὐτῶ, sciebat quisque *DEum*, quid se deceret. Adde his quae collegit **IOANNES SCAPVLA**. (l) Cf. **SAVBERTVS** l. c. *Cap. XV.* (m) Consulatur **SAVBERTVS** l. c. p. 342. De significatione autem uocis βωμῆ disserit **PETRVS ZORNIVS** ad **HECATAEI ABDERITAE** *Eclogas*, p. 105. sequ. (n) *Act. XVII*, uersu 23. **ISAACVS CASAVBONVS** βωμῆς ἀνωνύμων explicat θεῶν ἀγνώτων, quam tamen interpretationem ita malim limitari, Deos, quibus haec altaria dedicata sunt, sacrificantibus non plane, sed tantum ratione indiuiduorum, ut loquantur *Logici*, et nominum, fuisse ignotos. Respectu autem generis, id est, num fuerint superi? an inferi? terrestres? an marini? illos eis fuisse cognitos, existimandum est. Qui enim potuissent singulae oues τῶ προσήκοντι θεῶ immolari, nisi certe generis Deorum sacrificiis uenerandorum notitia sacrificantes fuissent imbuti? Quare arridet coniectura **THOMAE ALDOBRANDINI**, qui de his aris: *Id autem propterea opinor, inquit, quia, quum oues proprio DEO mactarentur, non explicabatur nomen DEI, cui sacrificium fieret, ideoque arae etiam sine nomine erant.*

ro numini dedicatam, fuisse uisa multis est (o). Quod uero mihi nemo facile persuaserit, quum haec Atheniensium altaria titulis plane caruerint, illi autem, cuius factam a *Paulo* mentionem legimus, haec fuerint inscripta uerba: *Ignoto Deo* (p), idemque illi uni naturae uiribus, effectibusque, hominibus innotescenti DEO, cuius cultum commendabat *Paulus* (q), haec uero non illi uni, sed incerto, sed inter plures eiusdem potentiae uersanti, eandemque ob causam a ceteris uix discernendo, et hinc incognito, essent exstructa. Haec de *Epimenide* lustratore, dissero, dum lustrum meum condo scholasticum. Ut enim quinto quoque anno Romani solenni sacrificio uenerabantur Deos, censumque peragebant, sic et ego quinto anno muneris Con-Rectoris in hoc Franciscaneo a me gesti, solenni modo uenerabor Deum, uenerabor Patronos, persolueno iis, tanquam Censoribus, quae illis a me pro beneficiis in me collatis omnibus debentur. Nam quum diuinum, quod sapienter gubernat omnia, numen me, praeter omnem expectationem, hac statione decedere, et ad munus Rectoris Scholae urbis nouae prope Dresdam in posterum obeundum accedere iubeat, Misenam, gratiae mentis publi-

ce

- (o) Conferatur MENAGIVS *ad hunc locum* LAERTII. ELIAS SCHEDIVS de *Diis Germanis Syngrammate* I. Cap. XII. et quae ad hunc locum annotauit IOANNES IARKIVS, p. 318, sequ. IO. HENR. a SEELEN in *Meditationibus Exegeticis, Meditatione X, de Θεολογημένοις ex Inscriptionibus Bibliicis Inscript.* II. p. 396, sequ. et SAUBERTVS de *Sacrificiis Pererum* Cap. III. p. 56, sequ. qui omnes reliquos fontes aperuerunt. (p) Haec enim sunt uerba Pauli: Διερχόμενος γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὗρον καὶ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο Ἀγνώσῳ Θεῷ. (q) Ita enim ipse: Ὅν ἔν ἀγνοῶντες εὐσεβείτε, inquit, τῆτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. Adde SEELENIVM loco iam citato, p. 406, sequ. Digna est, quae consularur elaboratissima IOANNIS IACOBI HELLERI *Exercitatio de DEO ignoto Atheniensium, quae extat in GRONOVII Thesouro Graec. Antiqu. Tom. VII. p. 221, sequ.*

AK Tc 294

XBM 75UE

XII

ce non facta significatione, relinquere, duco religioni. Hinc
dies uicesimus nonus Martii condendo meo lustro e uoto dictus
est, quo quidem, Superiorum uenia, in Franciscaneo Misenensi, au-
dita hora nona matutina, iis, qui mihi bene cupierunt, et cupiunt,
praemissa breui oratione

DE


MEMORABILIBVS DISCEDENTIVM,

publice, solenni ritu, formulaque, ualedicam. Vt
igitur, dicto tempore, omnes, qui pietate sincera
delectantur, et patrocinio suo, suoque fauore, adhuc
me dignati sunt, in iisque primo loco nominandi,
SVMME VENERABILIS, CONSVL-
TISSIMIQUE, SCHOLAE MISENEN-
SIS EPHORI, me pro hac cathedra ultimo loco
dicentem auditum frequentes uenire, ne grauentur,
ea, qua par est, reuerentia rogo. Perscripsi in
Franciscaneo Misenensi, die uicesimo quarto
Martii, anno MCCCXXXII.



Mit





Farbkarte #13

B.I.G.

R.N.
430
8

DE
EPIMENIDE
ATHENARVM LVSTRATORE
ANIMADVERSIONES ANTIQVARIÆ
AD DIOGENIS LAERTII L I CAP X. §. III. SEGM. CX.

QVIBVS PRAEMISSIS
OMNIVM ORDINVM AC DIGNITATVM VIROS
AD SE
PATRONIS FAVORIBVS ATQVE AMICIS
DIE VICESIMO NONO MARTII
AVDITA HORA NONA MATVTINA
IN
FRANCISCANEO MISENENSI
DECENTES GRATIAS VLTIMVMQVE VALE DICTVRVM
BENEVOLE AVDIENDVM
EA QVA DECET OBSERVANTIA
INVITAT
VT
MVNVS RECTORIS
SCHOLAE VRBIS NOVAE PROPE DRES DAM
SVSCIPIAT
PROVINCIA CON-RECTORIS FRANCISCANEI MISENENSIS
ABITVRVS
M. CHRISTIANVS GODOFREDVS GRABENERVS
FREIBERGENSIS.

MISENAE EX OFFICINA LOEWIANA.

795
II c
294

BIBLIOTHECA
FRANCISCANIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

34